Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De causa Indulgentiarum & valore. cap. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

moſina ieiunium. Cum verò in
indulgentia habetur eam dari con
feſſis & contritis, per ſe neceſſe nõ
eſt tunc confiteri, ſi eodem anno
confeſſio præceſſerit, ſed ſatis eſt
contritio, cũ propoſito cõfitẽdi ſuo
tẽpore. In Iubilæis quando cõce-
ditur facultas abſoluendi à reſerua
tis, ſi forte pœnitens in confeſſio-
ne alicuius peccati reſeruati ſine
culpa obliuiſcitur, poſt Iubilæum
á quouis proprio cõfeſſario abſol-
ui poterit.

De cauſa indulgentiarum, & va-
lore. Cap. 28.

ADrianus, & Caietanus a-
ſſerũt magnas indulgẽtias
pro paruis cauſis eſſe. Alij
dicunt earum valorem cauſæ pro
portionari. Sed dicendũ videtur
* primo illum male agere, qui pro
cauſa leui magnas cõcedit indulgẽ-

as quia papa nõ eſt dominus: Diſpenſator autem theſauri Eccleſiæ, non niſi conuenienti cauſa data, diſpenſare debet bona ſibi credita. * Secundò etiamſi pro leui cauſa concedantur indulgentiæ, validæ ſunt in totum, quia tantum valent, quantum ſonant. vt S. Thom. 4. diſt. 20. q. a. 3. Dur. Palud. S. Anton. & Silueſter, & alii communiter. *Tertiò ſubditi ſemper debent exiſtimare Papam habere cauſam æquiualentem indulgentiis conceſſis. *Cæterum quando indulgẽtia conceditur ſolum ad certum tempus, quilibet poteſt tãtum eas ſemel conſequi, quando autem eſt perpetua toties, quoties fit opus preſcriptum.